



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

**González Téllez, Emanuel
Francofurti Ad Moenum, 1690**

Caput I. Ex Concilio (a) Rhemensi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](#)

traditur
ratio de-
cendi.

cet breviter, perstringit Innocentius in praesenti, apparer vera ratio ipsius decisionis; licet enim in calibus ab Innocentio relatis feudum per alienationem, & mortem vassalli redire ad dominum, & eo iterum mensa Ecclesie incorporato, videatur dicendum non posse Archiepiscopum, qui juramento promiserat non infestare res Ecclesie, iterum novum vassallum de feudo illo investire: contrarium tamen decrevit Innocentius ex principio illo vulgari, videlicet, quod alienabiles res semelfacta, semper manet alienabiles; quod axioma illustrat Barbosa *in axiom. cap. 21.* Solorzanus *dicto cap. 32.* unde licet res Ecclesie alienabiles sint, ex traditis *incap. nulli s. de rebus Eccles.* & per consequens in feudum Archiepiscopo dari non possint, ex supra traditis; tamen ex quo jam in feudum date reperiebantur, alienabiles facta fuerunt; nec ipse Archiepiscopus de novo in feudum dare eas creditur, sed potius antiquum feudum conservare: unde recte docet Innocentius, absque meru perjurii ipsum posse iterum de feudo ipso alium possessorum investire. Facit exemplum pupilli, qui licet novum feudum concedere nequeat sine auctoritate ruroris, antiquum tamen renovare valer, *lib. 2. feudorum, titul. 2. § 1.* quia non videtur de novo alienasse, ut ibi docetur: & sicut pupillus sine tutoris auctoritate non potest servum tabernac, aut negotiacioni efficaciter præponere, *l. verum 9. ff. de institut.* tamen si jam præpositus reperitur, efficaciter ipse ex ipsa negotiacione obligatur, *l. sed ff. pupillus 11. ff. eodem titul.* Similiter ergo licet Praelatus Ecclesie non possit absque

justa causa, & debita solemnitate rem Ecclesie in feudum concedere, tamen antiquum renovare non prohibetur.

Nec obstat dubitandi ratio supra adducta; nam licet temporaria alienatio jus rei non mutet, ^{17.} tamen feudi concessio non est temporaria alienatio, immo perpetua, ut supra adduxi: unde rem ipsam reddiri alienabilem de cetero intra eandem alienationis speciem. Nec obstat augmentum ipsius difficultatis; nam licet controversum sit, an adhuc post prohibitionem Concilii Lateranensis relata in *dicto cap. prohibitus*, juxta illius textus communem interpretationem possit Episcopus decimas infestatas ante ipsum, iterum laicis in feudum concedere, & verior sententia sit, de illis iterum non posse investire laicum: inter illum tamen casum, & praesentem decisionem magna versatur differentia; nam in prohibitione infestationis in laicum, ultra prohibitionem Concilii, & alienationem rerum Ecclesie reperitur incapacitas laicorum, quam agnoverunt Ecclesiae Patres: unde cum eam post Concilium Episcopi, & similes Praelati tollere non possint, id est neque ex novo feudo, nec ex veteri, fea antiquo possum decimas laicis concedere, noviter eas infestando, aut per investituras jam infestata data aliis concedendo; quæt incapacitas in praesenti textu non datur. Unde licet Archiepiscopus in ejus specie non posset res Ecclesie in feudum concedere, propter juramentum præstitum de ipsius non infestandis, tamen feudum antiquum iterum concedere valet. Faciant quæ de precariis antiquis instaurandis adduxi in *cap. 1. de precariis, n. 7.*



TITULUS XXI.

De Pignoribus.

CAPUT I.

Ex Concilio (a) Rhemensi.

Unnullus clericus præsumat (b) calicem, vel (c) patenam, aut pallam altaris, vel (d) vestimentum sacerdotale, aut (e) librum tabernac, vel negotiatori, ut cuilibet laico, vel secundum in (f) vadimonium dare: quia tanta est sanctitas sacri ministerii, ut salvâ altioris mysterii intelligentiâ etiam per Prophetam (g) Dominus prohibuerit, ne cum sanctis vestimentis Sacerdos procedat populum, sed intra sancta illa dimittat, ad cum à colloquio divino rediens. Et cui in tabernac à sacris (h) canonibus ingredi prohibetur sanctificata sacerdotio, nec ad contingen- dum immundis, quantò minus in vadimonium exhibere debet; sicut (i) Stephanus sanctus Papa & Martyr ad sanctum Hilarium in suis Decretalibus docuit.

NOTÆ.

1. (a) *Rhemensi.*] Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. cap. i apud Burchar- dum vero lib. 3. cap. 104. & Carnorensem p. 2. Decreti, cap. 139. additur cap. ii. Et licet in nullo ex Concilio Rhemensibus hucusque ex- D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars I.

eufis reperiantur haec verba, referuntur tamen ab Hincmaro Rhemensi in capitulis anni 852. cap. ii. & ex eo refert Pater Simeonius in notis ad capitul. Caroli, & tom. 21. Conciliorum, fol. 508. Sententia etiam hujus textus reperitur in Concilio Rhemensi celebrato anno 630. prout refertur à Coriolano in summa Concil. fol. 315. unde credo

In Librum III. Decretalium,

354

credo canonem hunc esse Concilii Rhenensis, Decretistas autem illum transcripsisse ex Hincmaro d. cap. 11. ex quibus ita presentem litteram restituo.

(b) *Calicem.*] De quo, & ejus forma, ac materia agemus in capite finali, de celebratione Missarum.

(c) *Patenam.*] Patena est vas genus, à patendo dictum, vel utitur Varro lib. 4. de lingua Latina, veteres patenas à paulo dixerunt, eò quod his libarent ecclesias patellas: inde patella vasa pocula parva, sacrificis apta, auctore Festo. Hinc patellatii Dii, apud Plautum in Cistellaria, qui his vas placabantur. Veteres enim aliquid de cena libabant Dii, illudque patella imponabant: unde Ovidius in Fastis ait:

Fert missos veste parva patella cibos.
D. Isidorus lib. 20. originum, cap. 4. non poculis adhibet patenas, sed escis; numeratio non inter vasa potatoria, sed inter vasa escarum; præcipue enim apud antiquos dapes jurulantes patenis in mensam ferebantur: unde Plautus in Asin ait: *Quovis pacto conditas, vel patinarium, vel assum veres. Id quoque liquet ex Horatio lib. 1. satyr. 3.*

Si quis cum seruum patinam, qui tollere iussus semel posse, sepidumque ligurierit ius
Columella lib. 12. cap. 43. ibi: *Columella patruus meus ex ea creta, quæ sunt amphore, lata vase in modum patenarum fieri jubebat. Notavit Marcellus Donatus ad Trebellium, in Claudio, tom. 6. thesauri critici, fol. 1615.* In sacris canonicibus patena accipitur pro eo dumtaxat vase, in quo celestis hostia in Altari adhibetur, quæ apud antiquos dicebatur etiam discus. D. Jacobus in sua Liturg. ibi: *Cum autem attollunt diaconi discos, & calices ad impariendum populo. Evagrius lib. 6. cap. 20. dum recenset Regis Cosroës mandatum, ait: Dedit mandatum Cosroës Rex, ut ex eo pretio discus unus, & unus calix fierent, ut divinis mysteriis celebrandis inservirent.* Patenarum usum Missæ sacrificio, jam ab ipsi Ecclesiæ cum ipsis ad nostram usque atatem derivatum probant Baronius anno 216. num. 13. & anno 233. num. 1. Non varin. in Agno Eucharistico, cap. 97. Josephus Vicenscomes volum. 4. de ritib. Missæ, lib. 6. cap. 19. & de earum materia, forma, & numero agunt Saufay part. 3. Panopli. sacerd., lib. 9. cap. 1. Vicenscomes ex dicto cap. 19. usque ad 25. Bulengerus lib. 2. opusculorum, cap. 2.

(d) *Vestimentum sacerdotale.*] Ut amictum, albam, stolam, planetam, & dalmaticam, & alia, de quibus in communi, & in particulari agit Vicenscomes dict. volum. 4. libro 1. cum sequent. & nos in capite unic. de sacra unit.

(e) *Librum.*] Ut Missale, seu Breviarium, de quo agemus infra in cap. 3. seu aliæ scripturae sacræ, non quia in eis aliquid sacramentum daretur, sed quia cum divinis ministeriis fuissent deputata, à prophaniis hominibus retineri non debebant, præcipue ne ad Gentilium manus pervenirent: unde magna semper Ecclesiæ cura fuit, ne tradenterur libri, & ecclesiasticae scripturae hominibus prophaniis. Synodus 6. in Trullo. can. 68. ibi: *Nul- li ex omnibus licere veteris, & novi Testamenti librum, nec Sanctorum nostrorum Praconum, ac Doctorum corrumpere, vel confundere, vel librum cauponatoribus, vel his qui discuntur Unquenta- ri, vel alicui aliis ex omnibus ad eum per dendum tradere, nisi utique vel à tuncie, vel ab aqua, vel*

aliquo alio modo redditus fuerit inutilis: qui au tem tale quid facere deinceps deprehensus fuerit, anno uno segregetur. Concil. Arelat. I. can. 13. ibi: *De his, qui scripturas sanctas tradidisse dicuntur, vel vasa dominica, vel nomina fratrurn suorum, placuisse nobis, ut quicunque eorum in altero publico fuerit detectus, vel verbis nudis, ab ordine Cleri amoveatur.* Quem canonem latè exponunt Alba spines in ejus notis, Bosquetus ad Innoc. libro 1. epistol. 130. Joannes Dartis ad Decretum diff. 15. fol. 47. Morinus lib. 2. exercit. cap. 12.

(f) *Vadimonium.*] In vadum legitur in prima, & sexta collectione, & apud Burchardum, & re tè; nam vadum est barbara vox significans pignus; & vadio supponere idem est, ac oppignorare, in l. 19. titul. 14. lib. 1. legum Longob. ibi: *In vadum se ipsum pro pretio tradere.* Et in lege Salica, titul. 52. ibi: *De eo, qui fidem factam alteri reddere noluerit, id est, qui vadum alteri dat, & postea persolvere sperreverit.* Et in aliis congetis à Lindembrogio, verbo Vadim. Unde vadare, idem est ac pignorare, in legibus Ripuarior. & vadare per stipire, id est per stipulationem, dicit Innocentius lib. 2. epistol. ad Magistr. & frat. Temp. Illustrant Lindembrogius in Glossario, verbo Vadim, Notator Capitularium eod verbo, Vossius de viatis sermonum lib. . cap. 56. Aliquando dicitur Gadium, ut apud Petrum Mauricum lib. 1. de mirac. cap. 8. ibi: *Qui velut ex bona conscientia audacter gadium in manu ejus ponens, ait: Huja (ne dixi) rei ego testis sum, aliis quoque testibus, vel duello id ipsum probatum.* Ubi uno in codice legi guadium, seu vadum refert Pater Zerda in advers. cap. 168. Et quia pro mulcta sibi pignus dabatur, inde est, quod vadum etiam acciperetur pro mulcta, quam quis deberet. Concil. Cabilon. 2. can. 18. *Dictum est nobis, quod in quibusdam locis Episcopi, & Comites ab incestuosis, & ab his, qui decimas non dant, vadios accipiunt; & à presbyteris, pro quibusdam negliguntur: & inter se pecuniam dividunt.* Sic in constitut. Caroli Calvi, tit. 27. post redditum à Confessentibus, cap. 6. ibi: *Si de ipsa pacificatione vadii ad nostram partem venerit, ex toto perdonent.* Notarunt Vossius ubi proximè, Bosquetus lib. 1. epist. 120.

(g) *Prophetam.*] Ezechielem cap. 44.

(h) *Canonibus.*] Relatis supra in cap. à capitulo.

(i) *Stephanus.*] Papa primus epist. 1. decret. ad Hilarium Episcopum, cap. 3. ubi Cùm terum sacram dignitate consulere omnibus votis intenderet, ita scribit: *Vestimenta ecclesiastica, quibus Domino ministratur, cultusque diuinus omni cum honestitate & honestate à sacerdotibus, reliqui que Ecclesia ministris celebratur, & sacra de benti esse, & honesta: quibus cùm alio usibus quam Deo, ejusque servitio consecrata, & dicata non sint, nemo debet frui, quām in ecclesiasticis, & Deo dignis officiis, quā nec ab aliis debent contingi, aut ferri, nisi à sacris hominibus, ne ultio, qua Balbusa rem Regem percussit, super hac transgredientes, & talia presumentes veniat diuina. Fragmentum referunt à Gratiano in capite 41. de consecr. dis scit.*

COMMENTARIUM.

Ex praesenti canone sequens communiter de-
ducitur disputanda assertio. Res Deo dicata pri-
or, & pre-
sumt.

Tit XXI. De Pignoribus.

355

guori dari non possunt, nisi ex gravi necessitate. Probant eam textus in c. 3. hoc tit. can. 72. Apostolor. cap. vestimenta 42. de confex. distinct. 1. cap. quae semel 19. quest. 3. cap. cum Apostolus, de eteribus, capite ad bac 4. de relig. domib. Concilium Brachar. 3. can. 3. ibi: *Sab hac quoque damnationis sententia & illi obnoxii tenebuntur, qui ecclesiastica oracula, vel alia qualibet indumenta atque etiam eterilia sciendo in suos usus transstulerint, vel alius donanda, vel vendenda crediderint.* Theodulphus Episcopus Aurelian. in epistol. ad Clerum suo discipulus ibi: *Nulla presbyter. sed laicus presumat calicem. seu patenam, aut qualibet vaia sacra, & divino cultus mancipata ad alios usus devorare.* Et I. *sancimus*, C de sacrof. Eccles. l. si in emptione 34. § omnium, ff. de contrah. empion. l. si monumento 3. C. que res pignori, authent. de alienatione & emphythesis, §. si vero, & § ea vero, collat. 9. Consonant lex 3. titul. 13. part. 5. lex tit. 2. lib. 1. Recopilation. Illustrant ultra congestos in praesenti à Barbosa & Garanna, Pater Henao de sacrif. Missa tom. 2. disput. 27. sect. 15. num. 166. Suarez de sacram. quest. 83. disput. 81. artic. 3. sect. 8. Balfamon in can. 68. Synod. 6. Legauffre ad tit. de rebus Eccles. in princip. Vicecomes de ritibus Missa volum. 4 lib. 6 cap. 2. Barbola de jure Eccles. lib. 3. cap. 2. in fine Hunnius in encyclop. titul. 13. p. 3.

7. Sed pro dubitandi ratione in praesentem assertione sic argumentor: Si res factae non possunt pignori dari, maximè quia consecrata sunt, D. o- que dicatur; unde pignoris obligationi, que rem ipsam afficit, subjici non possunt: sed res religiosa, que aquæ ac sacra extra commercium est, inter 3. §. sacram. ff. de verb. obi. pignori dari potest dum religiosa est, l. 2. § ultim. ff. & elig. ergo res facta, dum sacra est, pignori etiam dari potest. Secundò difficilis est ipsa assertio, dum in ea doceatur, res sacras pignori dari posse urgente gravi necessitate, ex eo; nam si propter gravem necessitatem vaia sacra sunt alienanda, prius debent consolari, & ita sub diversa forma alienari poterunt, cap. aurum 12. quest. 2. *Authent. præterea. C. de sacrof. Eccles.* Igitur esti ob gravem necessitatem pignori dari possint, debent prius constati, & communii, ut non sub eadem forma laicis perpetrandantur. Tandem superflua videtur præsumere constitutio; nam si in generali prohibitione alienationis rerum Ecclesiæ cautum erat, ne res Ecclesiæ pignori, vel hypothecæ dari possint, cap. tenui. de rebus Ecclesiæ, si in ipsa prohibitione comprehensæ erant illæ res Ecclesiæ, videlicet vaia sacra, ornamenta, ac libri Ecclesiæ, ad quid necessaria fuit præsens constitutio.

Quibus difficultatibus minime obstantibus ve-
ra est præsens constitutio, cuius rationem ut per-
cipiamus sciendum est, res Deo dicatas extra com-
merciū hominum esse ex ipso iure gentium, l. si
inemptione 34. § 1 ibi: *Velerarium. ff. de contrah.
empion. à quo descendit religio erga Deum,* l. 2.
ff. de justi. & iure. Cùm enim per consecratio-
nem sint veluti Dei portio, aut patrimonium effe-
ctæ, conseqvens est, & rationi consonum, ut tales res nullius in bonis sint, nec in commercio
hominum remaneant, l. in tantum. §. sacro ff. de
rer. divis. §. nullius. Institut. eod titul. & ad instar
facilegii est, quod semel Deo dicatum est, am-
plius humanis usibus relinqui, cap. nulli 3. 12.
quest. 2. cap. compertimus 2. 14. quest. 6. cap. qua se-

mei 4. 19. quest. 3. ex quo de prompta est regula. Se-
mel, dereg. iur. lib. 6. Unde res sacrae vendi, per-
mutari, aut alio modo alienari nequeunt, l. ea Cel-
lusu 6. l. ade iacta, ff. de contrah. empion. l. conti-
nuus 137. §. cum quis, ff. de verb. obl. l. locum 9. C.
de relig. 5. utim. institut. de contrah. empion., l. 1.
titul. 13. part. 1. l. 22. titul. 11. partit. 3. In qua parte
observandi sunt textus int. quod si 11. de relig. l.
final. ff. de litig. l. 30. famili. exercit. l. final. ut in
possess. leg. l. 9. de usucap. l. 7. § 1. ff. de peric. &
commodo, l. in fundo, ff. de ret. vind. l. 2. § 1. de in-
terdictis. l. 1. § 1. ff. si quid infrand. patrou. l. 14. §.
finali. ff. de servitutibus, l. 3. §. penult. ff. de jure
fisci, l. 4. §. fin. ad leg. jul. pecul. l. 53. §. 1. ff. de alto-
nib. empti, l. final. de mortuo inferend. l. 28. §. final.
deverb. obl. neglegari, l. Mavinius 66. §. 4. ff. de le-
gat. 2. §. non solum 3. Instit. eod. titul. 1 monumen-
ta 14. C. eod. nec in stipulationem deduci, l. 1. §.
si id quod, de obl. & act. l. continuus 137. §. cum
quis, l. inter 83. §. sacra, ff. de verb. obl. §. idem
juris. Institut. de inutilibus stipulat. nec dividit
in er heredes, l. fundus 30. ff. famili. exercit. und.
nec possunt iure possideri, l. qui universitas 30. §. 1.
ff. de acquir. possess. ac proinde nec usucapi, l. usu-
cacionem 9. ff. de usucap. §. sed al. quando, Institut.
eod. titul. nec possunt promiscuo hominum ufu-
versari, l. si quis sepulchrum 12. §. 1. ff. de relig. l. 1.
& per rotam C. de sepulchro: idcirco vetat Prator
quicquam fieri in loco sacro, nisi ornamenti gra-
tia fiat, l. 1. ff. ne quia in loco sacro, § 1. Institut. de
inter. etiis. Eadem ratione servitus sepulchro
imponi non potest, l. caveri. ff. communia pred.
immò si inter prædium dominans, & prædium
serviens locus sacer, vel religiosus intercedat, in-
terrumpit servitus, quæ pars illa media nequit
servire, l. servitutes 14. §. 1. ff. de servit. l. si prius
17. §. sic, ff. de aqua pluvia. latius prosequuntur
Cujacius lib. 3. respons. Papin. in d. l. ade, &
in recit. ad l. 4. ff. eod. Donell. lib. 4. comment. c.
1. ubi Oualdus; Treutlerus volum. 2. select. dispe-
20 thesi 1. & ibi Hunnius, & Bachovius, Ves-
pertini nostri Antecessores in dit. l. inter 83. §.
sacram, Gibalinus de negotiat. libro 1. capite 4.
art. 1.

Patitur tamen haec doctrina nobilem exceptio-
nem, videlicet urgente necessitate gravi; tunc Exceptio
enim etiam res Deo dicatae alienari possunt, ac predicta
pignori dari, veluti propter redemptiōnem capti-
vorum, seu in iustè carceratorum, aut ob famem
publicè graftantem, l. *sancimus* 21. C. de sacrof.
Eccles. Novella 7. cap. 8. & novella 65 & novella
120. cap. 9. §. sacra, Instit. de rerum divis. capite
Apostolicos 13. cum dubiobus sequent. 12. quest. 2. l. 1.
titul. 14. partit. 1. Phortius in nomocan. titul. 2. ca-
pit. 3. Ratio redditur à Divo Ambrofio in capite
Aurum, eadem causa & questione, ibi: *Quoniam
aurum Ecclesia non habet, ut servet.* Et in hoc sen-
su accipi potest illa Imperatoris Alexandri senten-
tia, referente Lampridio in ejus vita, accepta à
Persio satyr. 2.

Dicisse Pontifices in Sanctis quid facit an-
rum,
Nempe hoc, quod Veneri donata à virginine
puppe.

Utraque vero sententia procedit urgente gravi
necessitate, quam auro suo redimere intendit
Ecclesia, ut omnium mater: si vero omnia sunt
prospera, nullibi religiosius aurum impenditur,
quam in ornatum templi, & ministeriis divinis;

In Librum III. Decretalium,

unde templa pretiosa suppellectili ornata sive omni in religione, tam Judaica. Gentilica, quam Catholica, notum est: ut autem gravi urgente necessitate vasa sacra, aut vestimenta alienari possint, prius sunt conflenda, & ad aliam formam redigenda, ne homines ad prophanos usus illis abutantur, d. cap. aurum: docent Tiraq. de priv. pia causa, in princip. Cujacius in d. novella 65. Gothofredus in dict. l. sancimus, Covar. lib. 2. var. cap. 16. numero 8. Treulerus volum. 2. select. disput. 20. thef. 1. Grotius lib. 3. de jure beli cap. 5. & in notis.

10.
Traditur
ratio de-
cidendi.

Quibus ita animadversis ratio praesentis assertio- nis ex eo provenit, nam cum vasa sacra, & ornamenti, & libri Ecclesiarum adeo sint extra commercium, ut nullo modo converti ad alios usus possint, ut probat late Vicecomes volum. 4. de ritibus Missae, lib. 1. immo si contrectentur ab hominibus, polluantur, cap. ad nuptiarum 43. de consecr. dist. 1. ideo hujusmodi res nec ex causa pignoris possunt laicis trahi, quia id cederet in ipsorum injuriam, & irreverentiam, d. l. sancimus 21. ubi statuit, posse vasa ita pignori data vindicare Episcopum, nomine videlicet Ecclesiae, ut exponit Osvaldus lib. 20. Donell. cap. 4. Iulera B. Erant tamen apud Romanos nonnulla privata sacra, quae pignori dari poterant, de quibus Ter- tul. in apolog. cap. 13, ibi: Domesticos Deos dicitis, domestica potestate tractatu, pignorando, vendendo, & demutando. Ubi obseruavit Zerda, & postea Gibalinus tom. 1. de negot. lib. 1. cap. 4. art. 1. Pietatis tamen causas possunt tempore ingraventis famis, ad redemptionem captivorum pignori dari, ut ita pauperibus subveniatur, aut necessitatibus Ecclesie consulari, cap. 12. cum sequen- tib. 12. quod. 2. Gregorius Magnus lib. 6. epist. 55. & sacrorum canonum, & legalia statuta permit- tunt, ministeria Ecclesie pro captivorum esse redemptio vendenda, ut in exemplo Acacii Episcopi relato a Socrate lib. 7. cap. 21. & Agapeti Pontificis apud Caffiodorum lib. 12. variar. cap. 20. ubi de vasis sacris pignori datis restituendis ita ait: Quapropter nostra preceptione commoniti, & regia iustione secuti, sanctorum vasa, cum obliga- tione chirographi auctoribus sancti Petri Apostoli, sine aliqua dilatione refundite, ut lucro redita, celeriter impetrata videantur; optata referantur manibus Levitarum ministeria, rito orbe narran- da: donetur quod proprium fuit, quoniam iuste per largitatem recipit, quod sacerdos legibus ob- ligavit. Gernonius lib. 2. de sacr. capite 17. nu- mero 31.

11.
Responde-
tur diffi-
cultati-
bus.

Nec obstant supra adductae difficultates. Non prima, nam verum est, simul consistere non posse sacram, & prophanan; sicut nec libertas, & ser- vitus: quare nec fundus religiosus potest pignori dari, nec pignori suppositus religiosus fieri pro ea parte, pro qua religiosus est: at verò pro ea parte prædi, pro quo locus purus manet, nec religio- sus efficitur, potest pignori dari; quo casu proco- dit textus in d. l. 2. §. final. Nam cum locus pro alia parte prædi remaneat purus, pro ea parte consi- stere pignus valet. Nec obstant secunda difficultas, nam magnum discri- men versatur inter eum casum, in quo res venduntur sacra ob redemp- tionem captivorum, vel similem necessitatem; & quando tantum pignori dantur. Primo casu debent prius conflari, d. cap. aurum: secundo verò in ea forma, in qua sunt, possunt pignori dari. Differen-

tia ratio ex eo provenit, quia per emptionem domini cum ipso rei usu transi- fertur in emptorem per pignoris verò constitutionem non mutatur causa dominii, cùm & fortis 35. § ult. ff. de pignorat, action l. pignus 9. C. eod. tit. l. sancitor 6. vers. alias ff. de nautico senore l. r. scriptum 12. ff. dedi- br. act. pignor. nec creditor potest absque vitio furti utire pignoratum, l. si pignore. ff. de furio: ideoque in pignoris datione necesse non est vasa ipsa con- flare, ut in venditione docet Mancinus lib. 1. de tri- pliis iuriis collat. cap. 132. Nec in confirmationem huic doctrinae omissam mirandum exemplum, quod narrat Baronius tom. 11. anno 1. 80. Cùm enim monachi Ecclesie sancte Marie, & sancti Amato- ris mutuo accepissent pecuniam à divite quadam sub pignore cortinarum Ecclesie, & adveniente fe- sto B. Virginis rogassent eum, ut ad ornandam Ec- cle- siam accommodaret statim restituendas, ille verò respondi- set, cortinas esse circa lectum uxoris sue, que nuper ei puerum peperat, nec posse inde amoveri, sive die festo Ecclesia ornatum suum non habuisset, nocte sequente apparen- tes Dei gen- trix uxori illius divitis significavit, virum ejus grande peccatum commisisse, & in ejus pœnam primò puerum tertium die spiritum exhalaturum, deinde patrem octavam die hanc temporalem vitam morti, & supplicii aeternis commutaturum; quæ omnia evenierunt ut preannuntiata fuerant.

Nec obstat ultima difficultas, pro cuius so- lutione sciendum est, inter alias alienationis spe- cies erga res Ecclesie prohibitas contineri & pignoris dationem, dict. cap. nulli, novella de no- mallo alienandis, quia licet per pignoris confiratio- nem non mutetur causa dominii, tamen jus in re tribuitur, propter quod distinctione locus par- tatur: unde regulariter prohibitæ alienatione, pignoris constitutio prohibita censetur, l. final. C. de rebus alienis, Tiraq. lib. 1. de retract. §. 1. gloss. 14. numero 7. Nec contrarium probatur in l. si pupillorum 7. §. si Prator. ff. de rebus eorum, quam exponunt Arias à Melia lib. 3. var. cap. 28. & aliis Vespertini Antecessores in dict. cap. nulli. His ergo suppositis dicendum est, in presenti textu, & similibus prohiberi sacra vasa, & ornamenta pignori dari laicis, etiam cum de- bita solemnitate, ex speciali ratione supra illa- strata.

Ex supra traditis lucem accipit textus Con- 13. cilio Lateranen. generalis, celebrati sub Iuno- Expositio- centio III. cap. ultim. post princip. de expeditio- Consilium Later. cap. in Terram sanctam, in illis verbis: Ipsi clericis ult. qui fuerint in exercitu christiano bdnigemus, ut beneficia sua integra percipient per triennium, ac si essent in Ecclesiis residentes; & si necesse fuerit, eaper idem tempus pignori valeant obligare. Quæ verba difficultia sunt, cum beneficium ecclesiasticum sit jus spirituale canonica institutione acquisitum, cap. 1. dereg. iur. lib. 6. unde vide- batur ex presenti textu, non posse pignori dari. Accedit, nam militia coelestis, sive ecclasiastica clericorum sape equiparatur militia castren- sis, ut probavi in capite 1. de renunc. Sed mil- itia castrensis non potest pignori dari, l. 5. C. quares pignori, l. 4. de exercit. rei judic. novella 6. vers. quarta pars: ergo nec militia clerica- lis. Sed his omnibus facilè respondet ex supra traditis, videlicet ideo in eo textu permitti cle- ricis beneficia ecclasiastica pignori dare, quia agebatur de expeditione facienda in Terram San-

fundam, unde ob causam illam totius Ecclesie, & ingruentem illam necessitatem permitti- tur res ecclesiasticas, immo & ipsa vasa sacra pigno- ri dare.

C A P U T II.

(a) Gregorius Fantino Defensori.

Lator praesentium Colinas Syrus in (b) negotio quod agebat, debitum se contraxisse perhibuit, quod & multis aliis, & lacrymis ejus attestantibus verum esse (c) cre- didimus. Et quia 150. solidos debebat, volui, ut creditores illius cum eo aliquid paci- scerentur: quoniam & (d) lex habet, ut homo liber pro debito nullatenus teneatur, si res defuerint, quae possint eidem debito addici. Creditores ergo suos, ut afferit, ad 80. solidos consentire posibile est. Sed quia multum est, ut à nihil habente homine 80. solidos petant, 60. solidos per notarium tibi transmissimus, ut cum eisdem credi- toribus subtiliter loquaris, rationem reddas, quia filium ejus, quem tenere dicun- tur, secundum leges (e) tenere non possunt. Et si potest fieri, ad aliquid minus quam nos dedimus, condescendant. Et quidquid de eisdem 60. solidis remanserit, ipsi trade, ut cum filio suo exinde vivere valeat. Siautem nihil remanet, vel ad can- dem sumمام debitum ejus incidere stude, ut possit sibi liberè postmodum labora- re. Hoc autem solerter age, ut acceptis solidis ei plenariam munitionem scripto faciant.

N O T A E.

(a) **G**regorius.] Ita etiam legitur in prima col- lectione, sub hoc tit. cap. 2. & reperitur textus hic inter epistolas D. Gregorii, libro 3. epist. 43. ex quo regetro ita textus literam restitu. De Fantino Defensore nonnulla notavi in cap. 1. de translat. cap. 1. de testam.

(b) **N**egotio.] Generaliter negotiorum accipitur pro quocunque contractu, l. inter 83. ibi: Inter stipulancem, & promittentem negotium geritur, ff. de verb. obl. Plerunque sumitur pro mercatura, lib. 1. Capitul. cap. 131. ibi: Si hoc propter necessita- tem comparas, ut sibi habeat, & alii tribuat, negoti- um dicimus.

(c) **C**redidimus.] Ut fateatur ipse Gregorius su- pralib. 2. epist. 56. Ad predictum locum cum postu- laverint, ingravanter accedas, veneranda solennia Dedications impendens, ut quories neceſſe fuerit, à Presbyteris Ecclesia in superscripto loco deseruen- tibus celebrantur sacrificia veneranda Missarum, ita ut in eodem monasterio neque fraternitas tua, neque Presbyteri, prater diligentiam discipline, ali- quid molestiarum inferant: aut si quid pro diver- sum devotione commoditatis accesserit sibi & simet vendicandum: sive aurum sive argentum, sive pre- dium, sive vestimentum, omnibus modis conſtru- ctio prefata posſideat; cum ancillis Dei in eodem lo- co deferventibus debeat proficere quicquid afferri ibidem contigerit.

(d) **L**ex.] L. ob as alienum, C. de pignor.

(e) **L**eges tenere non possunt.] L. 1. C. de patribus qui filios. l. qui filios 6. C. qua res pignori: licet iuxta easdem leges in extrema egestate possit pa- ter filium sanguinolentum, id est recens natum, & adhuc à matre rubentem, ut exponunt Cujacius & Gothofredus in l. 2. C. de patribus, Osual- dus lib. 2. Donell. cap. 25. littera H. Solorzanus lib. 2. de parricidio, cap. 7. Gaspar Barthius lib. 43. adversar. cap. 10. Carranza de partu, cap. 4. scilicet 4. Latrea decisi. Granat. 11. vendere ad sublevan- dam necessitatem, Paulus lib. 1. sentent. titul. 2. §. 1. 4. 2. C. de patribus qui filios, l. unic. C. Theo-

dos, eod. titul. 1. final. C. de patria potest. Ovidius lib. 8. Metamorph.

Et tandem dimisso in viscera censu- filia natabat, non illo digna parente,
Hanc quoque vendidit inops.

Probant Samuel Petitus ad Ius Atticum lib. 2. tit. 4. fol. 160. Balduinus ad leges Romul. cap. 17. Gen- tilis de bonis matern. capite 2. Narbona de etate, anno 1. quest. 8. & anno 3. quest. 2. Petrus Grego- rius lib. 12. syntagma. cap. 8. Fornerius in l. 135. ff. de v. s. Hunnius lib. 1. var. tract. 2. quest. 15. & in encyclop. l. p. titul. 10. Cabreros lib. 2. de metu, cap. 1. Wifembachius diffut. 6. thesi 9. vel tunc etiam pignori filium dare, ut supponitur in l. ultim. de alimentis, que inopes parentes, & apud nos expresos sancit in l. 8. titul. 17. partit. 4. docent Cujacius ad Paulum, ubi proximè, & in comment. ad titulum C. de patrib. qui filios, Molli- na de primog. lib. 4. cap. 5. numero 24. Solorzanus lib. 2. de jure Indiar. cap. 7. Acacius de privil. pa- rent. cap. 2. fol. 101. Grotius de jure belli lib. 2. cap. 5. numero 5. ubi in notis hujus facultatis ra- tionem tradit ex Jornande, in illis verbis: Ut enim secus parentes faciant, salutem suorum pignorum providentes, satius deliberant ingenuitatem perire, quam vitam, dum mihi recorditer alendus quis ven- distur, qui moritur, si servatur: ecce quomodo, & pa- tri, & filio per hanc venditionem consiluitur; patri, ut ex capite filii miserabiliter aliquid accipiat; filio ipsi, ne apud egenum patrem fame pereat. Sed quod Jornandes supponit, ingenuitatem perire per tales venditiones, contrarium est juri, ut probavi in cap. final. de servis non ordin. Extra ca- sum tamē famis imminentis non potest pater filios pignori dare, dict. l. 1. C. de patribus qui filios: docent Amescua de potest. in seipsum, lib. 2. cap. 14. numero 27. Larrea decisi. 9. numero 21. D. Josephus de Rete lib. 8. opuscul. cap. 5. licet olim pater filium, quem in potestate habebat, posset noxae dare pro damno, quod alii dediceret, §. ultim. In ist. de noxalibus, Patilus lib. 2. sentent. titul. 31. §. filius, quod alludunt Consulti in l. nosalis, cum sequent. ff. de noxal. l. 3. §. scimus qui.